



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quænam negotiatio Clericis sæcularibus, & regularibus sit permissa,  
vel prohibita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

bonis illius universitatis , cuius commo-  
do collectæ tales cesserunt. Gravioribus  
verbis hanc excommunicationis pœnam  
urget c. Clericis 3. b. t. in 6. in omnes  
Laicos , cujuscunque conditionis , aut  
præminentia sunt , etiam si sunt Impera-  
tores , aut Reges , qui onera talia Ec-  
clesia , aut Ecclesiasticis personis im-  
ponunt , aut exigunt ; vel qui consilio ,  
favore , aut auxilio ad hæc talia juvant ,  
sub interdicti etiam pœna communitati-  
bus hæc talia prohibens , & quamvis  
pœna in hoc c. illis Ecclesiasticis impo-  
nitæ , qui solvunt hæc talia Laicis onera ,

revocatae sunt in Clement. quoniam ha-  
bit in extravag. quod olim edem res  
communes ob multa incommodi , quod  
ex illa constitutione sequebantur , que-  
rum quoad solventes talia Ecclesiasticis  
pœnalis erat , manet tamen illius  
vigore , quoad exigentes , & impo-  
nentes talia Laicos . Vide plura de illis  
pœnis , quarum exigua hodie extinc-  
tio , apud Auctorem Methodico  
citato , & apud AA. qui in Bellarum  
nasci perierunt ,

## TITVLVS L.

### NE CLERICI , VEL MONACHI SÆCU- RIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

**D**um prohibetur Clericis , ne se ne-  
gotiis sacerularibus immisceant , pro-  
hibita illis etiam ceaseretur negotiatio , & ut  
nihil commune velint habere , cum pu-  
blicis actionibus & ad curiam sacerularem  
pertinentibus , prout etiam habetur in  
lege. Placet. 17. c. de Episcop. & Cleric.  
sit proinde

#### §. I.

**Q**uenam negotiatio Clericis sacer-  
ularibus , & regularibus sit permissa ,  
vel prohibita.

**N**egotiatio alia est minus propriè di-  
cta , qua resempta , per industria-  
m auctem mutata , & melior reddita ,

venditur , lucri faciendi causa , ut si empta  
conficiuntur panis & vendentur  
&c. alia est negotiatio propriè dicta , i-  
qua res emuntur v.g. & non mera  
cariū venduntur , ad lucrum compre-  
randum. Utraque negotiatio heret  
lucrativa prohibita est. Clericis sacer-  
ulariis , prout patet ex pluribus sub-  
dist. 88. & ex c. mil. de vit. & benef. Ce-  
ric. & ex c. secundum 6. b. t. five per  
five ut probabilius docent modo , pe-  
alios eas exerceantur . cùm non debeat hui  
eos terrenis caprandis inhire , cum pe-  
riculo multorum perjuriorum , fraudan-  
& injuritarum , si tamen unā tandem  
aut alterā vice negotiarentur aliquis Ce-  
rica

*Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotijs se immisceant.* 653

ricus, graviter non peccaret, cum talis dicitur non possit negotiator, aut mercator, quae nomina frequentiam requirunt; vel si tantum exerceret eam propter necessariam sustentationem sibi comparandam, quo in casu necessitas non habet legem, & si ratione hujus necessitatis concedatur Clericis honesta quædam artificia exercere, non videtur prohiberi illis posse ad hunc finem honestam negotiationem exercere; vel si proprietorum prædiorum, aut proprietorum pecorum fœtus, aut fructus, immutatos etiam, exuvis v.g. propriarum vinearum vinum confiendo, ex hordeo proprietorum agrorum cerevisiam loquendo, & lana propriarum ovium pannos confidendo, in pascuis propriis pecora sua nutriendo, & postea luci causâ vendendo &c. cum in his casibus nulla negotiatio exerceatur, sed industria tantum ad res suas sibi utiliores reddendas &c. quomodo etiam licet Clerico res ad initium v.g. anni emptas pro domus suæ, ut tum videbatur, necessitatibus, sub finem anni, si præter opinionem multa adhuc supersint, iterum vendere, cum talem venditionem exigit hic & nunc industria Oeconomicæ, & vendantur talia non tam lucri causâ principaliter, quam ut ne pereat cum damno aliquo familiæ.

§. II.

*An omnibus Clericis interdicta sit negotiatio, & quam penam incurvant Clerici, ac religiosi, qui in casibus non permisisse negotiantur?*

R Espondetur primò omnibus Clericis, etiam in minoribus consti-

tutis, etiam non beneficiatis, interdictam esse negotiationem ( tum quod canones prohibentes universaliter loquantur, tum quod ratio prohibitionis pro omnibus probat, quod nemo scilicet militans Deo, se imisceat negotiis secularibus, praesertim si tendant tantum ad privatum lucrum) nisi sustentationem sufficientem, nec ex patrimonialibus suis, nec ex beneficiis habeant, cum necessitas talis legem non habeat.

¶ Secundò penam Clericorum propriæ negotiantium ( extra casus necessitatis ) esse penam excommunicationis majoris, ferenda tamen sententia; & quod possint etiam suspendi ab officio, ac deponi à gradu, ac ordine Clericali; & quod teneantur ad vecigalia, portoria &c. in rebus, in quibus negotiantur, sicuti Laici, & ex aliis etiam bonis propriis, si ter moniti ab Episcopo non desistunt; uti sumitur ex c. ule. de vita & honest. Cleric. & quod denique omnia per talem negotiationem prohibitam acquisitione, sine spolia, ad fiscum, seu Cameram Apostolicam pertinantia, & eidem non obstante testamenti dispositione, cum licentia facta, applicari debeant, saltem post sententiam judicis: quia tamen nos Germani parum de his spoliis sciimus, suo fortassis fisco poterit Episcopus, aut aliis piis causis talia à Clericis per negotiationem illicitam acquiescita, applicare.

¶ (o) \*

M m m §

§. III.